

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

49. Dom. 16. post Trin. de filio viduæ Naim. Luc. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

S IN
on, id ei
raria su
, carne
uperibi
alia, c
. Si eq
estia qui
pes, h
vult con
inima u
ori vesp
Christu
proban
us ad
eicere
n auto
inum a
de discu
ui à mu
ui curar
cœlo so
ra, qua
u & ami
s conse

et insi
ur vobu
Conf

DOM. TOTIVS ANNI. 103
Considera, cum primo querere nos re-
gnum Dei, cum operam damus, ut simus
in Dei gratia, & mandata eius obserue-
mus; per hæc enim peruenitur ad regnum
Dei. Deinde, cum quicquid cogitamus,
Col. 3.
loquimur & facimus, ad Dei gloriam, &
salutem animæ nostræ facimus. 2. Consi-
dera, ubi id fecerimus, nobis eriam in ami-
ctu & victu necessaria, (modo solicitudi-
nem aliquam moderadam non negliga-
mus) minimè defutura; nam anxiam tan-
tum & immoderatam solicitudinem re-
rum temporalium damnat Dominus.

DOM. XVI. POST TRIN

De filio viduæ Naim.

Luc.7.

CVM IESVS approquinquaret porta ciui-
tatis Naim, ecce defunctus efferebatur
filius vidua. Considera horam mortis o-
muibus etiam iuuenibus & sanis esse in-
certam, & ideo vigilare debere. 2. te tantū
in vita mundo gratum fore, post mortem
autem foras statim exportandum, & ideo
non mundum, sed sanctam vitam, operaq;
bona amplecti debere cum Christo: quia
illate post mortem non deserent. 3. de-

G 4 fun-

704 MEDITATIONES IN

functum spiritualiter significare peccatum ob peccatum mortale defunctū Deumque efferti à 4. baiulis; quorum dō antecedunt. nempe consuetudo peccandi & prava societas; & duo sequuntur, scilicet vitæ longioris, & præsumptio misericordia Dei.

1. *Dominus vidua dixit, noli flere, & portoribus stantibus tetegit loculum dicens. Allelensis, surge. Et resedit, locutus est, & mandreddus. Considera, in hoc exemplo quibus modis peccator, vel aliquis multis in perfectionib. obrutus resipiscat. Primo Deus calamitate vel fletu illius ad misericordiam mouetur. 2. per gratiam & desiderium pœnitentiae tangit eius cor. 3. per contritionem ex peccato surgit. 4. loquitur acculando se in confessione. 5. verbis Christi & sacerdotis absoluenteris vitæ gratia restituitur. 6. portatores stant, id est, delerunt omnia quæ in peccato eum fouebant. 7. matri Ecclesiæ restituitur.*

2. *Acceptit omnes timor, & magnificabat Deum, dicentes, quia propheta magnus surrexit in nobis. Considera, sicut inter miracula corporalia nullū maius est excitatione mortui, ita inter spiritualia nullū esse maius cōversione peccatoris, & ideo sicut homines*

IN DOMIN. TOTIVS ANNI. 105
peccan-
tū De-
rum do-
eccan-
tur, sp-
nptio d-

mines illi Nāmitæ hoc facto profecerunt
in reuerentia & religione erga Deū, eumq;
laudarunt & glorificarunt, sic angeli in Luc. 15.
cœlo gaudent super peccatore pœnitentiam agentem.

DOM. XVII. POST TRIN

De Hydropico. Luc. 14.

CVM introisset IESVS in domum Phar.
risei jabbatho manducare panem, ipsi ob-
seruabant eam. Considera, benignitatem
Christi non refugientis consortium homi-
num improborum, qui ad calumniandum
eum obseruabant, vt suo colloquio possit
eos ab errore & peccatis deducere: vnde
disce, non esse semper eorum conueatum
fugiendum, sed laborandum, vt nostro ex-
emplo, verboq; meliores fiant; & si pu-
fillanimis sis, ora Deum, vt audeas ex zelo
coram talibus aliquid boni dicere. 2. nomi-
ne panis indicari sobria debere esse conui-
via. Certe scriptura panem & aquam ap-
pellat initium vitæ hominis & experientia Ecc. 12.
docet 100. anni s vixisse, qui sobriè pñè
solo pane contenti vixere. Quod si tibi non
liceat per superiores sic viuere, saltē paucis
cōtentus viue, & respue ferculorū copiam.

Hydropicum ibi presentem sanat, & probat 2.

G s sanari